

Folium

CCXVI

die mecum eris in paradiso. et alio non proficien-
tium. ut latronis prementis. et inde potito-
ris qui laqueo se suspendit. Innocentius pa-
pa statuit hac die corpus christi sub specie pa-
nis reservari. ut infirmi et religiosi. quibus
est necessitas communicandi habeant ipsum et
propter officium adimplendum. Item in duobus
diebus sequentibus non proficit corpus christi. Sa-
guis vero non servat sub specie vini. propter mul-
ta. Primo quod vinum quod liquidum est de faci-
le posset ex negligentia spargi. Secundo quod
per calicem quod hac die sumit fuit veteris legis
intelligit. Tunc secundum lucam per calicem discipulis
et non alijs eadem die datus dominus discipulos
designavit. Tercio quod corpus quod servat non
est sine sanguine. Quarto quod per hoc quod sa-
guis non servat. ostendit quod veteris sacrificium
debet cessare. panis namque novum. vinum
vero veteris designat testa. Et quod ostenden-
dum dominus cum bibisset inquit. Consummatum
est. Ergo calix sumit et panis servat. eo quod
lex sine et evangelium habet initium. Quinto
quod christus dixit in cena domini. Item dico vobis
non bibam amodo de hoc genere vite
donec bibam illud novum in r. p. m. Item autem
dixit de corpore suo de usu. licet bene inveni-
at quod postea biberit. Sed nunquid vinum quod
die pasceus cum dicitur corpore suo servato su-
mit in altari consecrat et sanguis christi efficit.
per missionem ipsius corporis in calicem et per
tactum. Super hoc dicitur quidam quod per dominicam
orationem que tunc dicitur. sic consecratio
sive mutatio vini in sanguinem. Item gre-
gorius assignans causam quare domi-
nica oratio in die illa a sacerdote dicatur
dicit quod in primitiva ecclesia apostoli so-
la dominica oratione utebantur in conse-
cratione. Item tamen hoc non dicimus.
quia si hoc esset iam non esset necesse cor-
pus domini ad diem illam reservari. Pre-
terea ex his que in canone dominicam orationem

precedunt satis patet quod ad platonem ipsum
orationis transsubstantiatio non fit. et nul-
lo tempore missa fuit celebrata sine verbis
illis. hoc est corpus meum etc. que sola in princi-
pio nascens ecclesie proferebant ad proficien-
dum ab apostolis. qui postmodum dominicam ora-
tionem superaddiderunt. put dicitur est in
hemio huius parte. Dicimus ergo illud ex
hoc non consecrari sed sanctificari. Differt autem
inter hoc. Item consecrare est consecrare trans-
substantiare. Sanctificari est ex consecratione
sive admiratione sacre rei reuerendum et sa-
ctum effici. ut patet in aqua benedicta cui
alia admiscet. Item sanctificatus dicitur quod a
tactu rei sanctificate efficitur magis reueren-
dum. Si enim diceretur quod solo tactu vinum
et aqua consecrarentur. magni inconueniens
sequeretur. Item sic contingeret calices
non posse lauari. et mille milia panum a
tactu vini hostie sine verbis posse con-
secrari. et si gutta aque benedictae in sta-
gnum vel puteum funderetur. aqua illa
perpetuo benedicta remaneret. et alia plu-
ra. Preterea si vinum a tactu dominici
corporis consecraretur. esset contra decre-
tum quod prohibet hac die fieri consecra-
tionem de quo dictum est in quarta parte
sub septima pericula secrete super verbo. hic
est calix. Illud quoque pretereundum non
est. quia romanus pontifex hodie remo-
ta tabula lateralis altaris. de qua dicitur
est in prima parte sub titulo de altaris de-
dicatione. et in secunda parte sub titulo de
dyacono. infra ipsum altare conficit eucha-
ristiam et sanguinem. et cum thuribulo in-
censat illud. in hoc facto representans quod
summus pontifex legalis semel in anno
ingrediebatur in sancta sanctorum cum
sanguine secum portans thuribulum. huius
carbombus plenum. put dicitur est in p-
hemio que parte et sub prima pericula cano-

Consecratio
Sanctificatio

Non de genere
sive corpore